



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 34. Episcopi Ephesum perveniunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

Sæculum V.  
A.C. 431.

## §. XXXIV.

*Episcopi Ephesum pervenient.*

*Socr.* VII. Post Festum Paschæ, quod hoc an. 431. in c. 34. Epist. 19. Aprilis incidebat, nulla interjecta *Theod.* 1. p. mora e suo quilibet loco S. Cyrillus, & *Conc. Eph.* Nestorius iter Ephesum ingressi sunt. Ne-  
c. 35.

storium comitabantur militum cohortes bene multæ, atque duo Comites Candi-  
dianus, & Irenæus. Candidianus Comes erat Domesticorum, nempe Prætorianæ cohortis Dux, qui Synodo brachium Sæ-  
culare commodaret. Irenæus sequeba-  
tur, nulla Auctoritate publica prædictus, sed solo amicitiæ in Nestorium vinculo  
ductus. Is comites habebat Episcopos decem, & alios, qui priores se Ephesum  
advenerant, invenit. S. Cyrillus, Ale-  
xandria proficisciens, quinquaginta Epis-  
copos

zete, und sich nicht selten von andern hinter-  
gehen ließ. Sollte sich der Heil. Paulinus von ei-  
nigen haben in diesem Stücke hintergehen lassen, so  
thut solches der Hauptache nichts. Allein was soll  
man von einem Ueberseizer denken, welcher sich nicht  
scheuet, den Heil. Paulinus zu tadeln, daß er die  
Märtyrer und ihre Reliquien hoch geschätzet, da  
er in den Geschichten des Herrn Fleury durch sei-  
ne eigene Uebersezung hundertmal übersöhret wird,  
daß die ersten Christen die allerersten Märtyrer  
und ihre Reliquien auch hoch geschätzet haben?  
Viele geringere Fehler in diesen Blättern werden  
Kürze halber nicht gewielet.

copos ducebat, scilicet ferme medium sæculum V.  
 partem illorum, qui Ecclesiæ Alexandri- A.C. 431.  
 næ suberant; reliqui remanserant, ut Ec- Ep. Schism.  
 clesiarum curam gererent. Usque ad In- I. p. Conc.  
 sulam Rhodum tempestas favit; inde ad Eph. p. 605.  
 Clerum suum, & populum scripsit episto- I. P. Conc.  
 lam, Charitate Paterna plenam; reliquum Eph. c. 33.  
 viæ non perinde tutum fuit, nec commo-  
 tæ maris undæ tranquillum iter præbue-  
 runt. Tandem quatuor, aut quinque dies  
 ante Pentecosten, quod festum illo anno Apol. ad  
 431. in Septimam Junii incidebat, Ephe- Theod. 3. p.  
 sum pervenit, statimque alteram ad Cle- c. 13. p. 1052.  
 rum suum, populumque scripsit, in qua  
 inter alia leguntur hæc verba: *Malignus,*  
*Bestia, quæ nunquam dormit, circuit om-*  
*nia, ut JEsu Christo Gloriam suam rapiat,*  
*sed, infelix! in propriam perniciem fu-*  
*rit, & cum filiis suis peribit.* Ajunt, his  
 verbis voluisse Nestorium perstringere,  
 sed potius de Dæmone, Hæresum om-  
 nium Auctore, loqui censendus est,  
 quamvis forte sub hoc ænigmate adver-  
 sæ Partis molimina adumbrare voluerit.  
 Juvenalis Jérusalemitanus quinto post Socr. VII.  
 Pentecosten die advenit, cum Episcopis c. 34.  
 Palæstinæ, quos inter numerabatur Pe-  
 trus, olim nomine Asphebetes, a Juvenali  
 in primum Saracenorum Episcopum, ex-  
 orante S. Euthymio, ordinatus; quia Sa-  
 raceni, seu Arabes deserti in campis sem-  
 per degebant, Episcopus Castrensis, Græ-

cc

Sæculum V. ce *Perembolón* dicebatur. Huic abeunti  
A.C. 431. S. Euthymius mandavit, ut se S. Cyrillo,  
Vita. S. Eu- & Acacio Melitinensi jungeret, & sem-  
 thym. p. 41. per ipsorum sententiam sequeretur. S.  
tom. I. Ana- Euthymius, adhuc puer, Acacii Discipu-  
leōt. Ibid. p. lus fuerat. Flavianus quoque Theffalo-  
9. 29. 41. nicensis cum Episcopis Macedoniæ matu-  
 re Ephesum advenerunt.

At diu expectandum fuit, donec Jo-  
Evagr. lib. I. annes Antiochenus, & Syri venirent.  
c. 3. Dicebant, non posse se constituta die,  
 nempe ad Pentecosten, Ephesum perve-  
 nire. Non licebat Episcopis ab Ecclesiis  
Iter Episco- suis discedere ante Dominicam novam,  
 porum Ephe- seu Dominicam renovationis; ita Ori-  
 sum,  
 tales hodieque appellant diem octavam  
 Paschæ, qua recens baptizati, veste can-  
 dida deposita, Benedictionem Episcopi  
 accipiebant. Hæc Dominica hoc anno  
 in 26. Aprilis incidebat. Ante omnia  
 Conventus Antiochiam cogendus erat,  
 unde Episcoporum aliqui undecim die-  
 rum itinere distabant; ergo ante octavam  
 Maji adesse non poterant; Antiochia  
 Ephesum triginta diebus itinerandum  
 erat; itaque etiamsi unica die Antio-  
 chiæ egissent, tamen ante octavum Ju-  
 nii, nempe alteram post Pentecosten  
 diem, Ephesum tenere non poterant.  
 Hæc posteriori tempore in excusatio-  
 nem Orientales afferebant.

Dum

Dum Orientales expectantur, Epis- Sæculum V.  
copi, Ephesi præsentes, Quæstionem de A. C. 421.  
Incarnatione in suis Concionibus, & pri- *Libera brev.*  
vatis colloquiis pertractabant. Sermo c.5. tom.5.  
nobis supereft S. Cyrilli , illo tempore *oper. Cyr.*  
pronuntiatus; in Exordio magnis laudi- *part.2.p.379*  
bus Episcopos congregatos extollit; tum  
magnis elogiis Civitatem Ephesinam af-  
fatur, S. Joannem Apostolum, cuius Re-  
liquiæ ibi quiescebant, & S. Virginem  
Mariam, cuius omnes Prærogativas di-  
laudat, & post articulos singulos Titulo  
Matris Dei condecorat. (\*) Ad Nesto-  
rium deinde orationem vertit, dicitque,  
frustra eum in Comitum, aliorumque  
Magistratum, se tuentium, potentia con-  
fidere, quos donationibus lucratus fuis-  
set. Exprobrat viro Blasphemias, illis,  
quas

(\*) Ex his verbis non leve argumentum hi-  
storicum pro veritate Assumptionis Corpore, &  
Anima Bearissimæ Virginis Mariæ eruitur; quod  
in eodem sermone, quo S. Joannis Evangelistæ,  
& Sanctissimæ Virginis mentio occurrit, S. Joan-  
nis Reliquiæ in Civitate Ephesina quiescere di-  
cantur, & de Reliquiis, aut Corpore Matris Dei  
alte fileatur. Accedit opportuna observatio A-  
nonimi I. ad alium numerum; si Sanctæ Virgi-  
nis Corpus tunc Ephesi in sepulchro jacuisset,  
futurum fuisse moraliter impossibile, ut nemo  
Mortalium sciret, quid deinde illo sacro Corpo-  
re factum.

*Hist.Eccles.Tom.VI.*

G

Sæculum V. quas Judæi, Gentiles, omnesque alii Hæ.  
A. C. 431. retici protulissent, perniciosiores, stilo-

p. 384.

que vehementissimo in eum invehitur,  
tanquam apertum Ecclesiæ inimicum, qui  
data sibi monita salutaria contempssisset;  
S. Cyrillus in hujus rei testem adducit  
S. Cœlestinum Papam, quem Patrem, Pa-  
triarcham, & universæ terræ Archiepis-  
copum vocat, (\*) finemque orationi im-  
ponit dicendo, Nestorium Sacerdotio  
privandum. In hoc sermone mentionem  
facit præcedentis, quem die præterita  
pronuntiaverat, ubi de perdice allegori-  
ca, cuius Jeremias Propheta meminit,  
loquitur.

Jere. 17.11.

Acacius Melitensis quoque oratio-

*Conc. Ephes.* nem pronuntiavit. Postquam Episcopo-  
p. 3.c.7. rum benevolentiam captasset, Ecclesiæ

fidem explicat, unitatem, & divinitatem  
JESu Christi, atque sequelam necessariam,  
Mariæ titulum Matris Dei competere,  
invicte probat. Oblata forte occasione  
dicit, Crucem una cum Altaribus JESu  
Christi honorari, atque in Ecclesiarum  
fastigiis fulgere. Illa etiam die sermo-  
nes duo Theodoti Ancyrani de Domini  
nostrri Nativitate, quibus amplissime Ne-  
storii errores refutabat, prælecti sunt.  
*ibid. c.9.10.*

*Conc. Eph.*  
att. I. p. 497.

Hi duo Episcopi Acacius, & Theodotus,  
etiam si

---

(\*) Addo ego: & nemine, paucis exceptis  
hæreticis, contradicente.

etiam si Catholici, Nestorii erant amici, Sæculum V.  
 & in illa commemoratione Ephesi sæpius A. C. 431.  
 cum ipso collocuti, in Hæresi sua contumacem deprehenderunt. Edit. Garner. p. 103.  
 Alia ex parte S. Cyrillus ex libris Nestorii, quæ ad rem erant, excerptis; hujus operis solummodo Mercatoris versionem habemus.

### §. XXXV.

*Joannes Antiochenus moras necit.*

Joannes Antiochenus, cum jam ipsi quinque vel sex dierum iter Ephesum superesset, per Ministros officiorum Magistrorum nuntiari jussit, se haud procul abesse; & ad S. Cyrrillum dedit Epistolam, qua magnam amicitiam, & vehemens desiderium ipsum visendi significat. Jam ad portam consisto, inquit: per Sanctitatis tuæ preces, postquam in hoc itinere multa tuli; quippe jam per triginta dies continuos peregrinor, aliquos Episcoporum in via morbus corripuit, & multorum eorum jacturam fecimus. Ergo pro nobis orate, ut hoc quinque, sexve dierum iter prospere conficiamus! atque ad tuum amplexum, vir Charissime, & Sancte! perveniamus! SS. Episcopi Joannes, Paulus, Macarius, Sanctitatem tuam salutamus! Omnes, qui tecum sunt, Fratres salutamus! Interea duo de Joannis Comitatu Episcopi, Alexander Apamensis, & Ale-

G 2

xan-